infirmitas qꝫ ſanitas· ad cuſtodiendũ ſe a
peccatꝗ· et ad augmentuꝫ meriti· et ꝙ fatue
egit· ꝙ ſimplr̃ petiuit illã ſanationẽ· quare
ecõũſo rogauit eũdẽ ſanctũ· vt intcederet
ꝓ eo ad deũ vt daret ſibi qđ magꝗ ſibi ex⸗
pediret ad ſalutẽ aĩe ſue· et ſtatim reuerſa
eſt p̓ſtina infirmitas· quã ipſe ĝtãter ſuſce
pit tanqꝫ bonũ donũ dei· cogitãs eam eſſe
ſibi vtilẽ ad cuſtodiã ſui et meriti augmẽ⸗
tum. Jtẽ ſciendũ ꝙ infirmitas coꝛꝑis non
ſolũ detrahit hominẽ a peccatꝗ ſꝫ etiam ad
bona opa incitat. Hoc ſic ꝓbat̃· qꝛ ĩfirm⁹
ↄterit̃ et cõfitet̃ pctã ſua· et ſatiſfactionẽ ⁊
emendã ꝓponit· quã penitẽtiã in ſanitate
non curaſſet. Jnfirm⁹ deũ inuocat· et ſan⸗
ctos intꝑellat· et oĩones bonoꝝ deſiderat·
quoꝝ ſanctoꝝ inuocatiões in ſanitate nõ
habuit· ſꝫ ſepi⁹ de deo ⁊ ſctĩs oblitus fuit·
p̃s. Tribulationẽ et do· inueni· ⁊c. Jtem
Luc· xiiij. Cõpelle intrare. Gloſa. Qui ĩ⸗
firmitate cõfracti ad amoꝛẽ dei redeũt cõ⸗
pelluntur intrare. Uñ Gregꝗ. Mala q̃ nos
ſꝫ ꝑmũt· ad deũ ire cõpellũt. Eſa· xxv. Jn

anguſtia queſierũt te·imo infirmitas facit
hominẽ feſtinare ad deũ et ad ꝟtutes·ps.
Multiplicatę ſunt infir·e·po·ac. Hoc ptꝫ
qꝛ infirm⁹ odit gaudiũ mũdi·et habet te-
diũ audire et videre ea q̄ mũdi ſũt·et ꝯſe-
quenter cupit diſſolui ⁊ eſſe cũ chriſto·⁊ q̄-
rit miãm dei et auxiliũ eius. Et ſic patꝫ q̄
modo infirmitas trahit hominẽ ad bonuꝫ
Vñ narrat magiſter Jacob⁹·q quidam
erat miles in frãcia et vidẽs q quidã paup
cleric⁹ deferret aquã bñdictã ad domũ ei⁹
ille paupi nihil pmittebat dari ſ illuꝫ cũ
cõuitijs ⁊ cõtumelijs afficiebat·Cũ poſtea
miles egrotaret et vocat⁹ p̄dict⁹ cleric⁹ ad
domũ eius·ꝑcepit ſibi aliq̄d dari·rogans
eũ vt oraret ꝓ eo vt de⁹ eum ſanaret·Qui
q̄ſiuit ab eo in q̄ ſtatu magꝭ laudaret deũ.
et deũ plus timeret·et corde ⁊ ore ĩuocaret
Qui rñdit ĩ infirmitate magꝭ deũ timeret
et corde et ore inuocaret·tũc clicus ait·Et
ego rogabo deuꝫ q in iſto ſtatu vos magꝭ
cuſtodiat·in q̄ ei meli⁹ valeꝭ ſuire. Quĩ-
to infirmitas patiẽter eſt ſuſtinẽda·qꝛ eſt
ſpẽale donũ dei et ſignũ dilectionis ipſiuſ
Apoc·iij. Ego q̄s amo arguo et caſtigo.
Apl's ad Heb·xij. Quem diligit dñs ca-
ſtigat·flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit
Et Act·xiiij·Oportet nos ꝑ multas tribu
lationes intra·reg·cę. Vñ etiaꝫ Origenes
ſup Oſee viij·Qui diligit corripit·q aũt
nõ corripit peccatꝭ ſuis dimittit. Vñ etiaꝫ
Gregꝭ·in moral·Attẽde ſcripturã dicẽteꝫ
tibi·flagellat de⁹ omnẽ filiuꝫ quẽ recipit·
Tu dicis·forte except⁹ ſũ. Si except⁹ fuerꝭ
a flagellorꝫ paſſiõe·eris et except⁹ a nume-
ro filiorꝫ. Sic ecõuſo cõtinua ſanitas ⁊ ꝓ-
ſperitas tpaliũ rerꝫ·ſignũ eſt odij et irę dei
Vñ Gregꝭ·Magn⁹ afflict⁹ rerꝫ tpaliũ·ęt
nę dãnationis eſt indiciũ·ḡ poti⁹ debes vi
dere q de⁹ faciat tibi ſicut ſuis charꝭ amicꝭ
et filijs·ſ·dãdo infirmitatẽ ⁊ tribulationẽ
q̄ꝫ ſuis inimicꝭ quib⁹ nõ dat infirmitates.
Vñ legit q quidã bon⁹ hõ ſingulis anniſ
infirmabat ꝑter ſemel·tũc dixit: O de⁹ ob
litus es mei qꝛ iſto ãno nõ viſitaſti me.ſ·ꝑ
M donũ infirmitatꝭ. ¶ Sexto ĩfirmitas cor-
poris ẽ patiẽt ſuſtinẽda·qꝛ liberat a futurꝭ
pęnis: Dñs nõ iudicat bis in idipſũ·Nã
ꝑmo afflixit te in p̄ſenti·nõ affligã te ĩ futo
dic dñs·Aug·Hic vre·hic ſeca·vt ĩ ęternũ
pcas. Gregꝭ. Miſericordit exhibet de⁹ tẽ-
poralẽ ſeueritatẽ·ne ęternã inferat vltionẽ
Jdeo q̄buſdã hic pcit vt eos ĩ ęternũ feriat
Jdeo hic ferit nõ pcendo·vt in ęternũ pcat
Hoc ſũme placere debet pctõri cuilibet q̄
peccauit·eo q neceſſe eſt eũ puniri aut hic
aut in futuro·et cũ p̄ſens tribulatio eſt mi-
nima reſpectu tribulatiõis futę. Vñ pro-
pheta. Minimũ ꝓ magno placeat tibi·nã
p̄ſens infirmitas reſpectu futurę·ẽ q̄ſi de-
narius reſpectu mille florenorꝫ. Vel ſicut
ſi alicui deberet abſcindi membrꝫ vnuꝫ ſcꝫ
man⁹ vel pes·et abſcinderet ſibi crinis·qꝛ
ignis purgatorij et infernalis idem ſunt q̄
ad calorẽ·niſi q ignis purgatorij eſt tpal
⁊ infernalis eſt ętern⁹. Et ignis nr̄ reſpectu
purgatorij eſt ſic ignis depict⁹·in q̄ vnuſ-
quiſq̄ꝫ purgabit et ḡuiſſime puniet·q̄ hic ꝓ
peccatꝭ ſuis nõ eſt purgat⁹. Vñ legit q q̄-
dam aduocat⁹ rogauit quẽdã ſibi charꝫ et
dilectũ·vt ſibi poſt obitũ infra trigita di-
es appareret·et ille ꝓmiſit ſibi ſi voluntas
dei hoc pmitteret·Et poſt obitũ apparuit ei
dicẽs ſe eſſe in maximis pęnis·Et ille·es in
purgatorio·aut es in inferno·Rñdit: Jn
purgatorio ſũ. Et ille·eſt ne aliq̄ pęna tpa
lis q̄ põt compari tuę pęnę. Rñdit. Tãta
pęna mea eſt·q ſi omnes mõtes et oĩa li-
gna et oĩa viſibilia in mũdo exiſtẽtia arde
rent ⁊ ego in medio ſtarẽ·adhuc nõ poſſet
ęquipari pęnę quã patior. Et aduocatus
q̄ſiuit in q̄ ſtatu ipſe eſſet·q ſibi hic ꝓpt deũ
et p̄ſtinã inter eos dilectionẽ manifeſtaret
Rñdit defunct⁹ dicẽs eum eſſe ĩ malo ſta
tu ꝓpter ſupbiã et auaritiã ei⁹·qꝛ ſi ſic ĩ tli
ſtatu moreret ęternalit dãnaret·qui ex hoc
cõmot⁹ et cõpunctus cõuerſus eſt a pctis
ſuis pęnitẽdo et emẽdãdo ſe·et fact⁹ ẽ bo
nus·et vitã in bono finiuit. Vñ tãta ẽ pę
na purgatorij·q q̄s poti⁹ deberet hic trigita
annis infirmari·q̄ꝫ ibi ſolũ vna die ardere
Vñ in decre·Purgatorio nulla tpalis
pęna eſt cõpabilis·diſ·xxv. Qui ĩ aliud.
ḡ q̄libet debet eſſe patiẽs in ſua infirmitate
et eã deo ꝓ peccatꝭ ſuis offerre. Et q̄ impa-
tiens ẽ hẽt duplicẽ infernũ·qꝛ hic ĩfirmitatẽ

cōtra quā murmurat et quā impatienter
fert. ⁊ post hanc vitā eternā dānatiōez. qꝛ
ſicut in patiētia quis poſſidebit aīam ſuā. ſic
in impatiētia perdet eam. Gregꝰ. Regnū
celoꝝ nullus murmurās accipit. nec vllus
R q̄ accipit murmurare pōt. ¶ Septimo
infirmitas vel tribulatio patiēter eſt ſuſti-
nenda. qꝛ eſt pignꝰ eterne ſalutꝭ. et eſt via ⁊
porta celi. qꝛ in tribulatione cōformamꝰ ca
piti nr̄o .i. chriſto in pn̄ti et ſequimꝰ veſti-
gia eius. i. Petri. ij. Chriſtꝰ paſſus ē pro
nobis relinquēs vobis exemplū vt ſequamī
veſtigia eiꝰ. Eccl. xxiij. Magna eſt glīa ſe-
qui deū. Vn̄ etiā Apl's. ij. Timoth. ij. Si
compatimꝰ et cōregnabimꝰ. Sꝫ heu plures
volūt cōregnare cū chriſto in celo. ſꝫ hic in
mūdo nō pati. contra quos dr̄ Luc. xxiiij. Nonne
oportuit chriſtū pati. et ſic intrare regnū.
Sic et nos oportet de neceſſitate pati ſi vo
lumus intrare regnum dei. Act. xiiij. Per
multas tribu. ⁊c. Sic patet ꝙ tribulatio
et infirmitas corꝑis eſt pignꝰ et via et por-
ta eterne ſalutꝭ. O q̄ fugiūt hāc portā ⁊ viā
inquātū pn̄t. vt ſunt iſti q̄ ita inuite infir-
mant' vel aliq̄d ſuſtinēt. quō illi regnū dei
intrabūt? Itē q̄ ſꝫ ſanitatē corꝑis plus q̄
rūt q̄z aīe. et q̄ in gaudijs mūdi et volu-
ptatibꝰ carnis in delitijs et honoribꝰ ſꝑ vi-
uere volūt. Vn̄ Apl's. Si ſm carnē vixe-
ritis moriemī. Hiero. Impoſſibile eſt vt p̄
ſentibꝰ q̄s et futuris fruat' bonis. vt ſꝫ ven-
trem et ibi mētē impleat. et de delitijs trāſ
eat ad delitias. Bern̄. Qui carnalibꝰ vo-
luptatibꝰ paſcit' eternaꝝ delitiaꝝ indignꝰ
habet'. Vt aūt eternis gaudijs digni ha-
beamur. tūc ſꝫ libēter pati debemꝰ. Gregꝰ.
Si dulcia q̄rimus neceſſe eſt vt amara to
leremus. Inſup infirmitates et tribulatio
nes. augmētant homī p̄miū celeſte. Mat.
v. Gaudete ī illa die q̄m merces vr̄a copio
ſa eſt in celis. Hiero. in ep̄la. Libēs nūc
tormenta patior. vt fut'a mihi glīa ſuetur
Modo quotiēs aliquē dolorē corꝑis pa-
tiēter ſuſtines. totiēs mereris coronā vite
eterne. Etiā ſi milleſies in oculo. in dorſo.
vel in pede. vel alibi dolorē ſentires. ꝑ qua
libet vice p̄miū vite etne poſſidebis. Et il-
lud p̄mium excedit omnes paſſiones p̄ntꝭ
vite. qꝛ finiti ad infinitū nulla eſt cōꝑatio
Etiā ſi vnꝰ ſuſtineret omnes paſſiones ⁊ i
firmitates omniū hominū. Vn̄ Apl's. Nō
ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tp̄is ad futu-
ram glīam. Vn̄ ſi q̄s in ardēti clibano de-
beret eſſe vſq̄ in finē mūdi. adhuc nō eſſet
equiꝑatio futuri gaudij. Vn̄ Chryſ. Si
q̄tidie oportet nos tormēta ſuſtinere. ſi ip-
ſam gehēnā ꝑuo tp̄e tolerare. ꝓ eo vt chri
ſtum videre poſſemꝰ in glīa et ſctōꝝ eiꝰ nu
mero aſſociari. nō erat dignū pati omē q̄d
triſte eſt mō vt tāti boni tanteq̄ glīe ꝑtici-
pes haberemur. ¶ Quantū ad ſecundū D
ſciendū ſm mgr̄m Humb. ſuper regulam
btī Auguſtini. Q̄ nō eſt maior mīa in exte
rioribꝰ opibꝰ mīe. q̄z q̄ exercet' circa īfirmos
ſeruiēdo ⁊ adminiſtrādo eis. vbi paſcitur
eſuriēs et ſitiēs potat'. ſꝫ chriſtus recipit q̄ſi
ſibi eſſet factum in cruce q̄n̄ dixit: Sitio.
Math. xxv. Q̄d vni ex minimis me. fe. m.
fe. Itē veſte nudꝰ coopit'. cū infirmū tegis
Et hoſpitalitas ei exhibet' q̄n̄ infirmo lectꝰ
ad quieſcendū p̄parat'. et vinctꝰ viſitat' q̄n̄
vinculis ligatꝰ infirmitatꝭ cōſolat'. Et pie
ei cū exhibet' mortuo officiū ſepulture. Et
ſic infirmis ſuiēdo exhibent' oīa oꝑa mīe.
Itē ſuire infirmis p̄cellit alia oꝑa mīe et
religionis. Q̄d ſic ꝓbat'. Nam in opibꝰ ri
goris et religionis ſeruit' q̄nq̄ deo de vno
ſenſu. vel de vno mēbro. vt in abſtinentia
de guſtu. in vigilijs de viſu. in aſpero veſti
tu de tactu. in ſilētio de ligua. et ſic de alijs
In opibꝰ vo pietatꝭ circa infirmos. ꝓmo
ſuit ei oculus in vigilādo. et interdū hor-
renda vidēdo. ꝓ q̄bꝰ ipſis dabit' diuina vi
ſio in celo. Secūdo olfactꝰ fetores ſentiē-
do. Tertio auditꝰ. dura vba. gemitꝰ. ſuſ-
piria. et importunitates audiēdo. Quar-
to tactꝰ. infirmos tangēdo et ſubleuādo.
Quīto guſtꝰ. ꝓpter eos ſolitā comeſtionē
intermittēdo. Sexto lingua eos ꝯſolādo
Septimo pes ꝓ eis diſcurrēdo. Octauo
totū corpꝰ ꝓ eis diuerſimode laborando.
Que ḡ religio poterit huic cōꝑari. in q̄ hō
ſeipſū totū ſic deo religat. vt ei ex toto cor
de ſuiat corꝑe ſenſibꝰ et mēbris vt dictū ē
Huiꝰ religionis ſectāde dedit nobis exem-
plum chriſtus. q̄ tam benignū ſe exhibuit

infirmis eos viſitãdo·dulciter alloquẽdo
et frequẽter ſanãdo. Circa vltimũ vero
in vitaſpatꝝ legit̃ tale exemplũ· Q erant
duo fratres quoꝝ vnus multũ ieiunauit·
alius vero ſuiebat infirmis deuote·q̃ſitum
aũt fuit a quodã ſene q̃s eoꝝ eſſet maioris
meriti·et dixit ſenex: Si frater ieiunãs ap/
penderet ſe per nares·non poſſet venire ad
menſuram illius qui ſeruit infirmis.

## In eadem dñica. Sermo·cxxix· De morte.

Incipiebat au
tem mori. Iob·iiij·c·Sciendũ ꝙ
ſicut hõ morit̃ corpaliter ·ſic etiã
et ſpũaliter. Vñ in p̃ſenti ſmone tria ſũt
dicẽda de morte. Primo quõ hõ morit̃ ĩ
aĩa. Secũdo quõ mors corpalis ⁊ ſpũalis
compant̃ ad inuicẽ. Tertio exẽplũ. Cir/
P ca pmum ſciendũ ꝙ pgreſſionẽ mortꝭ cri/
minalis ipſius aĩe poſſum⁹ accipe p ſilitu/
dinem mortꝭ corpalis· Corpaliter enĩ mo/
riens: Primo incipit infirmari. Secũdo
febricitari. Tertio agoniçare. Quarto
mori. Quinto inuolui ſiue velari. Sexto
exportari. Septimo tumulari· Et ſic fit p
omnẽ modũ moriẽtibꝫ ĩ peccatꝭ. Primo
qñ hõ corpaliter incipit infirmari·tũc diſ/
tempat̃ ĩ natura·ſic ꝙ nõ habet appetitũ
et ſaporẽ cibi neqꝫ pot⁹. Sic qñ aĩa pmo ĩ
firmat̃ tunc diſtempat̃·et h̃ fit in p̃uis mo
tibus ⁊ p̃uis ſuggeſtionibꝫ cũ delectatiõe
tñ ſine ꝯſẽſu. Secũdo aũt oportet mo
riẽtẽ febricitari·null⁹ enĩ ex p̃dicta infirmi
tate morit̃ niſi eadẽ infirmitas amplius i/
ualeſcat. Cũ enĩ hõ infirm⁹ ſe ſentit ex vi/
tijs impugnari g̃uiter·intantũ vt et totuꝫ
corp⁹ incendat̃·iam ſentit quia infirmitas
creuit·ſic et accẽſiones ſiue aduſtiones vi/
tioꝝ·q̃ꝫdiu tñ in eodẽ ſtatu pſiſtit·ſic ꝙ
non inualeſcunt nequaqꝫ morit̃. Sed ne/
ceſſe eſt ꝙ ſi mori oporteat vt amplius pce
datur. Tertio hõ ad moriendũ ſe diſpo/
nens incipit agoniçare· qđ cõtingit cũ vi/
ctus importunitate tẽptationis nutare in/
cipit ⁊ deliberare q̇d velit et q̇d faciat·mõ
in pte vult·in pte nõ vult. Cũqꝫ ratio ſic
luctatur cum ſenſualitate ·vt ratio modo
vincat·modo vincat̃·hec luctatio modo
nihil aliud eſt q̃ꝫ agoniçare et ad mortem
feſtinare. Quarto egritudine iam inua/
leſcẽte·tũc hõ ex importunitate impugnan
tiũ vitioꝝ vincit̃ dans man⁹ hoſtibꝫ vt cõ
ſentiat in pctm̃. Iam ex hoc ipſo exalat ſpi
ritum et ſtatim mortu⁹ eſt hõ iſte·qꝛ cũ cõ/
ſenſũ pctõ dederit· de⁹ q̇ eſt vita aĩe auo/
lat·et aĩam mortuã derelinquet·etiã ſi pec
catum adhuc actualiter nõ eſt cõſecutuꝫ.
Vñ dĩ in decre. In malitia volũtas pro
ope reputat̃·de pe·diſ·j·Omnis. Propt̃
qđ dĩ· Tobie·iiij. Caue ne vnqꝫ pctõ cõ/
ſentias. Quinto pãno inuoluit̃ et velat̃
Sic q̇ iam vict⁹ pctõ cõſentit· ſi ope ipſũ
perpetrat tñ occulte id facit·qꝛ adhuc d̃ p/
petratis crimibꝫ erubeſcit. Sic occultabat
adam pctm̃ ſuũ cũ fuit interrogat⁹ a dño
Rñdit mulier quã dediſti mihi ĩ ſociã de/
dit mihi de ligno et comedi. Sic et eua oc/
cultauit cũ interrogata fuerat dicẽs: Ser/
pens decepit me. Sic dauid occulte ppe/
tratũ adulteriũ abſcõdere nitebat̃·cũ mit/
teret p vria vt veniret et intraret domum
ſuam et dormiẽs cũ vxore cõceptum crede
ret eſſe ſuũ. Cui dixit de⁹ p nathã pphetã:
Tu feciſti abſcõdite·ego vero faciã verbuꝫ
illud in cõſpectu oĩs iſrael·et in conſpectu
ſolis. Sic etiaꝫ dicit dñs cuilibet pctõri q̇
iam celat pctm̃ ſuũ·qđ ſcribit̃ Naum·iij·
Reuelabo pudẽda tua in facie tua·et oñ/
dam gentibꝫ nuditatẽ tuã·qđ cõtinget in
extremo iudicio·dño ſecreta cordiũ reue/
lante. Sexto mortu⁹ pãnis inuolutus ⁊
velat⁹ exportat̃. Sic pctõr occultꝭ peccatis
ſepius repetitis in peius pficit ·vt audact̃
peccare incipiat ⁊ ĩ apto ſic ꝙ de his nihil
penitus erubeſcit·ſꝫ magꝭ gl̃iat̃ in malicia;
vt ſit de numero illoꝝ de q̇bꝫ dĩ Prou̇·ij
Letãtur cũ male fecerint ⁊c·de quibus dĩ
Hiere· iij. Frons mulieris me·f·ẽ ti·⁊ no/
eru. Septimo tumulat̃ cũ lõga cõſue/
tudo et apta malicia peccãdi trãſit in ha/
bitum·ita ꝙ etiã peccare deſiderat nũqꝫ ĩ
talibꝫ req̇eſcit· et ſic obſtinati et indurati
vix conuertũt̃. Thren̄·iij. Lapſa eſt ĩ lacũ

anima mea· poſuiſti lapidem ſuper me.
¶ Quantum ad ſecundũ ſciendũ ꝙ no/
uem ſunt ſigna p̄ q̄ cognoſcit̄ infirm⁹ vtꝝ
cito morieṫ corpaliter. Sic ſiľe eſt de hōie
ſpũaliter. Primũ ſignũ eſt qñ q̇s ꝯſide
rat facie͂ infirmi·q̄ ſi oĩno diſſimilis eſt re/
ſpectu ſtat⁹ ſanitatꝗ ſignũ eſt mortis. Sic
ſpũaliter ſi exemplũ malũ p̄bes ꝓximo·ſcꝫ
colorādo facie͂ tuā vt poſſis ꝓximũ allicere
ad malā ꝯcupiſcētiā·ſignũ eſt ſpũaľ mortꝗ
et talis eſt occiſor ꝓximi·et re⁹ omniũ aīaꝝ
q̄s p̄ ſuā pulcritudine͂ allicit ad malā ꝯcu/
piſcentiā. Vñ Gregꝗ in moraľ. Tot mor/
tib⁹ q̇s dign⁹ eſt quot exempla prauitatis
in poſteros reliquit. Et tales q̇ per malum
exemplũ dant occaſione͂ alijs peccādi ſũt
maledicti a dño. Vñ Math· xviij. Ve
hōi p̄ que͂ fit ſcandalũ·⁊ talis re⁹ erit oĩuꝫ
peccatoꝝ q̄ alij ex ſuo malo exemplo com/
mittũt·cũ imitādo·et inde pena eius ſemp̄
augmentabit̄ a quolibet q̇ euꝫ in talib⁹ ſe/
quitur vſqꝫ ad die͂ iudicij. Sꝫ q̇ timet ſcā
daliçare ꝓximũ in v̄bis·in morib⁹·et in fa
ctis·eſt ſignũ boni coloris in facie ſua ⁊ ſi/
gnũ vite. Et talis q̇ p̄bet bonũ exemplum
ꝓximo multũ diligit̄ a chriſto·⁊ q̄tq̄t eum
imitātur in h̄ bono exemplo tot gaudia ac
cidentalia habebit in celo. Vñ Ceſarius
Quātis exemplũ vere humilitatꝗ et p̄fecte
charitatꝗ oñderis·cũ tantis et ꝓ tātis eter/
na p̄mia poſſidebis. Secundũ ſignũ e͂
ſi infirm⁹ vigilat et luce͂ odit·et hōmies fu
git·⁊ facie͂ abſcōdere nitit̄·ſignũ eſt mortꝗ
corpalis. Sic ſpũaliter ſi q̇s fugit luce͂ ap
te p̄dicationis·ſic ꝙ non p̄ōt audire verita
tem·ſignũ eſt apte mortis ſpũalis. Si q̇s
aũt libent̄ audit verbũ dei et veritatem·ſi/
gnum eſt vite ſpũalis. Vñ Chriſt⁹ dic̄ in
euāgelio vt habet̄ Joh· viij. Qui ex deo
eſt v̄bũ dei audit·ꝓpterea vos non auditꝗ
qꝛ ex deo nō eſtis. Tertium ſignũ e͂·ſi ī/
firm⁹ ſtridet dentib⁹ in acuta paſſione·⁊ ſi
h̄ nō ante facere cōſueuerat vel inſanire in
cipit cito moriet̄. Sic ſpũaliter q̇ eſt iracũ
dus impatie͂s et cũ verbis maledicꝗ et ira/
cundis ꝓximũ offendit·ſignũ eſt mortꝗ ſpũ
alis. Vñ Apl's· Neqꝫ maledici neqꝫ ra/
paces regnũ dei poſſidebũt. Sic ſũt illi ira
cundi cũ q̇b⁹ nullus cōcordare p̄ōt q̇ viuũt
cũ ꝓximis ſuis in h̄ mũdo·ſic̄ diabolus p̄
eoꝝ viuit cũ dānatis in inferno que͂ null⁹
pacificare p̄ōt. Et tales iracũdi habēt du/
plicem infernũ·ſ·in p̄ſenti penā ire·et in fu
turo penā dānatiōis eterne. Vñ Hiere.
v. Seruietꝗ dijs alienis q̇ non dāt vob re
quie͂ die ac nocte. Sic ecōu̇ſo pacifici ſũt
filij dei et tabernaculũ altiſſimi·p̄s: In pa
ce fact⁹ e͂·zc. Quartũ ſignũ eſt ſi naſus
cōtrahit̄ vel ſi labia cōtrahũtur·h̄ e͂ ſignũ
mortꝗ corpalis. Sic ſpũaliter ſi quis raro
aperit os ad laudandũ et regratiādũ deo·
h̄ citi⁹ ad blaſphemandũ et iurandũ eſt ſi/
gnũ malũ· Vñ omnes blaſphemi habent
ſignũ mortꝗ eterne. Sꝫ ecōuerſo q̇ deũ lau
dant et ei regr̄ant̄ de ſuis bñficijs vt dice/
re poſſint cũ p̄s: Bñdicā dño in oī tp̄e·zc
Quintum ſignũ eſt·ſi infirm⁹ habet lin
guam ſiccā et nigrā et puſtulā in lingua h̄
eſt ſignum mortꝗ corpalis. Sic ſpũaliter ſi
q̇s habet linguā mendace͂ eſt ſignũ mortis
ſpũalis. Vñ ſcriptũ eſt: Os q̄d mentit̄ ne/
cat aīam. Nam me͂dax lingua eſt q̄ſi falſa
moneta·q̄ nō valet niſi ad igne͂. Sic econ
uerſo ſi hō eſt verax in v̄bis· eſt ſignũ vite
et ſalutꝗ·p̄s: Ecce enī ve·di·zc. qꝛ ipſe chri/
ſtus eſt via veritas et vita. Sextũ ſignũ
eſt·ſi ſternutatione͂ nō habet cũ aliq̇d au/
ſterũ ſicut piper vel elleboꝛ⁹ imittit̄ in naſũ
infirmi·q̄d tñ ſimplices facere nō dñt·alio
quin infirmũ g̃uiter ledere poſſent·qꝛ ī ſter
nutatione mouet̄ totũ corp⁹ hōis ab int⁹
et ab ex̄. Sic ſpũaliter ſi q̇s audit vel cogi
tat de morte ꝓpria vel de iudicio extremo·
vel de penis inferni vel gaudijs celi et nō
cōcutit̄ ſiue p̄timeſcit ſignũ eſt eterne mor/
tis·p̄s: A iudicijs enī t·ti. Sic ecōuerſo ſi
q̇s audie͂do vel cogitādo de iſta p̄dicta cō
cutit̄ et mouet̄ ad cōtritione͂ et penitentiā
ſignũ eſt ſalutꝗ· Septimum ſignũ e͂·ſi
ſordes auriũ q̄ naturaliter ſũt amare v̄tāt̄
in dulcedine͂ vel in dulce͂ ſapore͂· eſt ſignũ
mortis corpalis. Sic ſi quis libenter au/
dit v̄ba detractoria·imo detractiones·et
turpiloquia aurib⁹ ſuis dulceſcũt· ſignũ e͂

mortis eterne. Vñ Aug. Nõ accõmodeſ
aures tuas ad pcipiendũ vba detrahentiũ
ne cõcipies mortẽ in aĩa tua. Detrahenti
enĩ et audiẽti vtriuſqȝ eſca eſt mors anime
Et vt breui⁹ cõcludã. detractor et libens
auditor diabolũ portãt ĩ lingua. Vñ etiã
Bern. Detrahere ꝛ detrahentẽ audire q̇d
eoꝝ dãnabili⁹ ſit. non facile dixerim. Sic
ecõuerſo ſi q̇s libent' audit bona loq̇ d̃ ꝓxi
mis. et ex frña charitate cõgaudet ipſis. ſi-
gnum eſt vite. Vñ. j. Joh. iij. Nos ſcim⁹
qm̃ trãſlati ſum⁹ de morte ad vitã. q2 dili
gim⁹ fr̃es. Octauum signũ eſt ſi ſudor
et anhelit⁹ frigeſcit. Et inſup man⁹ ipſi⁹ i-
firmi ſunt frigide et fuſce. ſignũ eſt mortis
carnalis. Sic ſpũaliter q̇ eſt frig⁹ et tepid⁹
in his q̃ ſunt dei. et q̃ ad ſalutẽ aĩe ptinẽt.
et facilis ad ea q̃ corpis et mũdi ſũt: Et in-
ſup nec iniuſta reſtituere curat. nec elemo-
ſynã põt de iuſte acq̇ſitis dare ex magna
auaritia et cupiditate. ſignũ eſt mortiꝫ et̃ne
Sic ecõu̇ſo ſi q̇s ẽ agilis et ꝓmpt⁹ ad ſerui-
cia dei. et põt libere et ſpõte reſtituere res i-
iuſtas. et largiter elemoſynã dare de reb⁹
iuſte acquiſitiꝫ. ſignũ eſt vite ſpũalis ꝛ et̃ne
Nonum ſignũ eſt. ſi infirm⁹ nec dormi-
re. nec q̇eſcere põt. ſ; iam vult huc iam illuc
ſic ꝙ in vno loco manere nõ põt. ſignũ eſt
mortis corpalis. Sic ſpũaliter ſi q̇s ſemp
occupat' circa terrena et trãſitoria die no-
ctuqȝ. ſic ꝙ nec ĩ dieb⁹ feſtiuis. nec alijs di
ebus ceſſat a laborib⁹ et mercãtijs ſuis et ĩ-
tantũ inq̇etat cor ſuũ ꝙ raro vel nũq̃ȝ co-
gitat de deo vel ſalute ꝓpria. ſignũ ẽ mortiꝫ
eterne. Sic ecõu̇ſo ſi q̇s nollet q̇cq̃ȝ lucra-
ri ꝯ deũ nec violare feſta ꝓpter aliqđ lucꝝ
tpale. et cõtentat' in his q̃ de⁹ ſibi admini
ſtrat. et intẽdit eis vti ad honorẽ dei et ſa-
lutẽ ꝓpriam. ſignũ eſt vite ſpũalis eterne.
R Quantũ ad tertiũ nota exemplũ de hiſ
q̇ mori incipiũt. Legit' in vitaſpatꝝ. ꝙ q̇-
dam frater ordinis ꝓdicatoꝝ fuit ĩ ꝓuĩcia
anglie in cõuentu derbie iuuenis et valde
deuot⁹ ⁊c. q̃re illud exẽplũ. s. ſmo. ix. P

De eadem dominica.

Redidit ipſe ꝛ

C
dom⁹ ei⁹ tota ⁊c. Iſtum ſmonem

de articulis fidei q̇s q̇libet chriſtianus cre-
dere debet. q̃re infra ſmone. cxl vj. B.

## Ad eandem dominicam. xxij. Sermo. cxxx De indulgentia ad inimicos.

S
Erue nequam
omñe debitũ dimiſi tibi. qm̃ roga-
ſti me. nõne ḡ oportuit et te miſe-
reri cõſerui tui ſic̃ et ego miſert⁹ tui ſũ. ⁊c.
Math. xviij. Supius interogauit Petr⁹
ieſũ dicens. Quotiẽs peccabit in me frater
me⁹ et dimittã ei vſqȝ ſepties? Et r̃ndit ie-
ſus. non dico tibi vſqȝ ſepties. ſ; vſqȝ ſep-
tuagieſſepties. Et ponit' numer⁹ determĩa
tus ꝓ numero indetermĩato. i. quotiẽs pec
cat totiẽs dimitte ei. Vñ in p̃ſenti ſmone
tria ſunt dicẽda. Primo q̃ ſint iſta q̃ de-
bent nos inducere ad indulgendũ inimiciſ
nr̃is. etiã qualitercũqȝ nos offenderĩt. Se
cundo q̇t modis tenemur indulgere ini-
micis nr̃is. Tertio exemplum. Notan- S
dum ꝙ quicũqȝ illa quinqȝ diligẽter cõ-
ſiderat et ponderat nõ erit ſibi graue ini-
micis ſuis indulgere. Primo enĩ debe-
mus indulgere offenſorib⁹ nr̃is vt peccata
nr̃a nobis indulgeant' a deo. Nã tanta ẽ
differẽtia inter peccata noſtra quo deũ of-
fendim⁹. et inter offenſã qua ꝓximus nos
offendit. ſicut inter decem milia talenta ꝛ
centũ denarios. Vt aũt deus nobis mul-
ta et magna peccata dimittat. libẽter de-
bemus ſ; paruũ dimittere ꝓximis. Vnde
Marc. xj. Cũ oratis dimittite ſi haberi-
tis aliq̇d adu̇ſus aliquẽ. alias pr̃ veſter nõ
dimittet vobis peccata vr̃a. Luc. vj. Di-
mittite et dimittemĩ. Aug. de vbis apli.
Vnuſq̇ſqȝ talẽ indulgẽtiã acceptur⁹ ẽ q̃-
lem et ipſe dederit ꝓximo. Vñ etiã petrus
rauen̄. O hõ ſi ſine pctõ eſſe nõ potes ꝛ vis
ſp dimitti tibi. ſemp dimitte. q̇tiens enim
vis dimitti tibi. totiens tu dimitte. Vñ
Greg. in omel. Ille recte ſui delicti veniã
poſtulat. qui hoc quod prius delinquitur
in ipſo relaxat. imo tãta poſſet eſſe offenſa

et cū tanta charitate et patiētia īdulgere
poſſes· ꝗ de⁹ omnē culpā tibi indulgeret.
Greg. Qui in ſe peccāti clemēter indulſit
nullū pctī veſtigiū in eius aīa remanebit.

L Exemplū legim⁹ ꝙ erat miles qdā qui
occidit patrē alteri⁹ militis· et ille volens
vindicare illud homicidiū pr̄is· nunꝗ̄ po/
tuit illum militē inermē inuenire· ſꝫ ſēp ar
mat⁹ īceſſit. Accidit aūt in die paſceues ꝙ
idem miles inceſſit nudipes et ſine armis·
tūc alius miles euaginato gladio cucurrit
ad ipſū volēs vīdicare homicidiū patris.
Tūc ille ꝓſtrauit ſe ad pedes illi⁹ militꝭ di
cens e.: Ego humiliter ſupplico vobꝭ ꝓpter
illum q̇ hodie in cruce ꝓ nobis mortu⁹ eſt
quatin⁹ mihi ignoſcatꝭ q̇cquid ꝯ vos feci·
occidēdo vob̄ pr̄em vr̄m· et ille miles ere/
xit eum· et ꝓpter ieſū crucifixū totū indulſit
ei· et in ſignū recōciliationis oſculat⁹ ē eū.
Cū aūt ille in eccl̄ia cū ceteris hoīb⁹ oſcu/
lari voluit crucifixū· ſicut mod⁹ eſt in illa
die· tūc ieſus in cruce amplexat⁹ eſt eundē
militē cū brachijs· et oſculat⁹ eſt eū coram
oī ꝑplo· et vox ab oīb⁹ audita eſt: Tu ho
die ꝓpter me indulſiſti illi q̇ tibi pr̄em tuū
occidit· et ego hodie indulgeo tibi omnia
pctā tua. Et ſic impletū eſt in illo milite il/
lud dictū chriſti· vt hr̄ Luc. vj. Dimit/
tite ⁊ dimittemī. Vn̄ etiā Aug. Multa ſūt
genera elemoſynaꝝ q̄s cū facim⁹ adiuua/
mur vt dimittātur pctā nr̄a· ſꝫ eo nihil eſt
mai⁹· q̄ꝫ cū ex corde dimittimus qḋ in nos
q̇ſꝗ peccauit· Et ideo indurati q̇ nolūt in
dulgere offenſorib⁹ ſuis· nullo modo dn̄t
ſperare indulgentiā ſuoꝝ pctōꝝ· etiā q̄ꝫtū/
cunꝗ ꝯterātur vel ꝯfiteātur. Vn̄ Iſid. de
ſū. bo. Fruſtra deū ſibi ꝓpitiari q̄rit· q̇ cito
ꝓximo placari negligit· imo obſtinatis et
iracūdis q̇ in rācore et inuidia ſtāt ⁊ nolūt
indulgere illud qḋ eis dimiſſū eſt exigitur
ab eis. Vn̄ Greg. in moral. Si hoc qḋ in
nos delinqtur· ex corde nō dimittim⁹· et il
lud rurſū exiget qḋ nob iam ꝑ penitētiaꝫ
dimiſſū eſſe gaudebam⁹. Secūdo debe
mus indulgere ideo vt de⁹ exaudiat oīo/
nes nr̄as et acceptet bona oꝑa nr̄a. Ratio
eſt qꝛ de⁹ nullū bonū op⁹ nec oīonē exau/
dit q̄ꝫdiu q̇s ſtat in rācore· et nō vult īdul
gere. Aug. Qui nō vult dimittere frī ſuo·
nō ſperet oīonis effectū· Vn̄ etiaꝫ Amb.
Si nō iniuriā dimittꝭ q̄ tibi facta ē nō oīo
nem ꝓ te facis· ſꝫ maledictionē ſup te īducꝭ
Itē nec oꝑa bona q̄cūꝗ ſunt illa· ſiue ieiu
niū· ſiue elemoſyna· ſiue ꝑegrinatiōes· ſi/
ue caſtigatiōes corꝑis et frequētatio eccl̄i/
arū ſiue miſſaꝝ· et ſic de alijs. Si enim tot
bona oꝑa q̇s omni die faceret q̇t ſūt ſtelle
celi· de⁹ nullū eoꝝ acceptaret· Vn̄ Greg.
Mun⁹ nō accipit· niſi ante diſcordia ab
animo pellat. Vn̄ etiā Aug. in ſmōe de
btō Stephano. Nemo ſe circūueniat· ne/
mo ſe ſeducat. Qui vnū hominē ī hꝯ mun/
do odio habet· q̇cquid deo in bonis opib⁹
obtulerit· totū ꝑdet· g̊ recōciliari debemuſ
fratri nr̄o· ſi volum⁹ vt deus acceptet nr̄a
munera. Vn̄ Chriſt⁹ dic Mat. v. Uade
recōciliari frī tuo· et tunc venies et offeres
mun⁹ tuū. Vn̄ Ecc. xxxiiij. Dona iniquo
rum nō approbat altiſſim⁹. Tertio īdul/ B
gere debes eo ꝙ nō potes nocere ꝓximo ni
ſi ꝑ̇us tibi maximū damnū inferas· ſ· aīaꝫ
tuā occidēdo. g̊ ſi iſta duo ꝑ̄dicta nō pn̄t
te inducere ad ignoſcendū ꝓximo· tunc il/
lud tertiū te inducere debet· ꝙ ſpōte dimit
tas ꝓximo· eo ꝙ non potes te vīdicare ver
bis obloquēdo ſibi· minādo· maledicēdo
infamādo· culpas ei⁹ publicādo· et ceteriſ
hmōi. Neqꝫ in reb⁹· ſ· ſibi furādo· vel do/
na et fortuniū ipſius impediēdo· nec etiaꝫ
in ꝑſona eū ꝑcutiēdo vel vulnerādo· niſi
ꝑ̇us occidas ꝑ̄cioſā aīam tuaꝫ· j· Ioh. iij.
Qui odit frēm ſuū homicida ē. Glo. ſup/
ple ſuꝑ̇pſi⁹. Nōne ſtultus eſſet q̇ manū ꝓ/
ꝑriā ꝑforaret· vt tunicā vel palliū ꝓximi le
dere poſſet. Adhuc mag ille eſt ſtult⁹ q̇ ꝓ/
pter vīdictā ꝓximi· occidit ſuā ꝓpriā aīaꝫ·
q̄ ꝑ̄cioſior ē q̄ꝫ tot⁹ mūd⁹ ⁊ oīa viſibilia q̄
ī mūdo ſūt. Bern. Tot⁹ mūdus ille ꝑ̄ciū
vni⁹ aīe eſtimare nō pōt. Aug. Aīa oīmeꝫ
corporeā creaturaꝫ nat̄e dignitate ꝑ̄cellit.
Idē Aug. Mai⁹ eſt dānū ī amiſſiōe vni⁹
aīe· q̄ꝫ mille corpoꝝ. Vō diligēt attende
an tibi expediat vindictam ſuꝑer ꝓximuꝫ
expetere ſiue in rebus· ſiue in fama· ſiue in

coꝛpe·et tibi ex hoc ęternam moꝛtē inferre
Vnde·j·Joh·iij. Qui nō diligit frēz ma
net in moꝛte·ſ·coꝛpis ꝛ aīę. Vn̄ Aug. Vi
ta aīę amoꝛ eſt·et q̄ nō amat moꝛtuus eſt.
X ¶Quarto ideo indulgere et diligere de
bem⁹ inimicos nr̄os· qꝛ illa pſecutio quaꝫ
q̄s patit̄ ab inimicis patient̄· augmentat
gl̄iam et minuit ſibi pęnā purgatoꝛij. Vn̄
ps. Sup̄ doꝛſū meū fabꝛicauerūt pctōꝛes
ſupple· coꝛonā ęt̄nā. Quō eni potes odire
illū qui tibi tā vtilis eſt in augmētū meri/
ti et gl̄ię. Nā maius bonū tibi cōtulit lędē
do te verbo vel facto ſi patiēs fuiſti·q̄z ꝙ ti
bi mille floꝛenos· imo vnū totū regnū de/
diſſet. qꝛ ęternā coꝛonā tibi p̄parauit· ꝛ ęt̄/
num excellit om̄e trāſitoꝛiū. Ariſ· viij· phy
ſicoꝝ. Finiti ad infinitū nulla eſt ꝓpoꝛtio.
g̊ q̄t iniurias patiēter ſuſtinuiſti·tot ęt̄nas
in cęlo mercedes meruiſti. Inſup pęnas
purgatoꝛij ſoluit·et ideo de⁹ p̄mittit ma/
los viuere vt bonos cruciāt et vt conūtāt̄
g̊ q̄cquid tibi fit ab inimicis ꝭ totū deo of
ferre debes ꝓ peccat̄ tuis in patiētia coꝛdiſ
Et poſſibile eſt vt vna iniuria deleat tibi ī
tegrū annū pęnę purgatoꝛij· imo poſſibile
eſt· ꝙ tantę poſſent eſſe iniurię et pſecutio/
nes·et cū tali patiētia poteris ſufferre eas.
ꝙ oīs pęna purgatoꝛij tibi p̄ illas dimitte
ret̄·ſic ꝙ ſtatim euolares ad cęlū·g̊ cū ini/
micus te pſeq̄tur et maledicit tibi·ꝭ ſuffer
re debes patiēter·et dn̄s cōmutabit tibi il/
lam maledictionē in bn̄dictionē·ps. Ma
ledicēt illi et tu bn̄dices. Aug. Qui eni in/
ſtus eſt ꝛ maledicit̄·p̄miū ei ꝓ maledictiōe
reddit̄·et ſic eſt etiā de alijs iniurijs q̄s q̄s
patiēter ſuſtinet. Quinto indulgere de
bes libēter·qꝛ ex ꝭ de⁹ et om̄es ſcti ꝛ angeli
erūt tui amici. Eccl·vj. Verbū dulce mul
tiplicat amicos. Aug·in ſmone de ſancto
Stephano. Per amoꝛē hoīs inimici· effi
cieris amic⁹ dei·imo amic⁹ omniū ſctōꝛū·
ſic ꝙ nūq̄ꝫ aliqua mr̄ in mundo intantū di
lexit filiū ſuū vnigenitū· ſicut vnuſq̄ſq̄ꝫ ſā
ctoꝝ et āgeloꝝ te diliget·ſi ꝓximo ob amo
Y rem dei ignoſcas ¶Quantū ad ſecūdū
ſciendū ꝙ q̄libet tenet̄ q̄nq̄ꝫ modis indul/
gere ſuis inimicꝭ ſi vult ſaluari. Pꝛimo
teneris ex puro coꝛde eis indulgere·ſic ꝙ n̄
velis te vindicare nec v̄bo nec facto. ſic etiā
ꝙ non odias inimicū ſicut nec ꝓximū· nec
optes ei malū ex ira vel rancoꝛe· vt dicere
poſſis cū ps. Si reddidi retribuentibꝫ mi/
hi mala· decidā merito ab inimicis meis ī/
anis. Secundo q̄ ſic ſtāt ꝙ gaudēt de
infoꝛtunio et dolent de pſp̄itate inimicoꝝ
ex rācoꝛe·illi hn̄t coꝛda diabolica·qꝛ ſūt ſi/
miles diabolo·q̄ dolet de bonis nr̄is ꝛ gau
det de malis·ſic etiā rācoꝛoſi· g̊ ſunt a deo
maledicti· vt habet̄ Eſa. v. Vę vob̄ q̄ di/
citis bonū malū ꝛ malū bonū· Unde q̄rit̄
ꝭ vtꝝ inimicis teneamur ex coꝛde om̄es in
iurias dimittere. Rn̄det̄ ꝙ ex iniuria ꝛ dā
no facto alicui ſolēt in ea tria oꝛiri·ſ·rācoꝛ
in affectu·ſignū ei⁹ in effectu· et accuſatio
iuris ꝯ iniuriantē. Pꝛimum et ſecundū te
netur hō ſtatim dimittere·ꝭ tertium nō te/
net̄·niſi ille ſatiſfaciat ſm̄ poſſe·qꝛ quilibet
pōt exigere iuſticiā et ſatiſfactionē ab eo q̄
ſibi fecit iniuriā·ſic tn̄ ꝙ nō odiat eum nec
ſignū rancoꝛis ei oñdat·ꝭ ſolum illud qꝺ
ſibi iuſticia dictat ꝓ ſatiſfactione ꝯ iniuriā
ſibi illatā. Vn̄ de ꝭ dı̄ in decre. Nō tenet̄
offenſus dimittere iniuriā niſi ſit ſibi ſatiſ/
factū·xxiij·q·iiij. Si illic. Sed ille q̄ ī coꝛ/
de retinet vindictā ſup ꝓximū· eſt inimic⁹
dei et fili⁹ ęternę dānationis. Eccl. In tp̄e
vindictę diſp̄det te Secūdo indulgere
et diligere inimicū debes· ſic ꝙ nō velis p̄
alios vindicari·exemplo chꝛiſti cuius iniu
riam cū diſcipuli vindicare vellēt·rep̄hen/
dit illos· vt habet̄ Luc·ix. Neſcitis cuius
ſp̄ūs eſtis·ꝛc. Vn̄ ſi haberes filiū vel frēm
vel cognatuꝫ·et nō rogares vel iuberes vt
te vindicaret·ꝭ ſolū ſciēter admitteres·tūc
ęternā damnationē ſic admittēdo incur/
reres. Ap̄ls. Digni ſunt moꝛte nō ſolū fa/
cientes ꝭ etiā q̄ facientibꝫ ꝯſentiūt·g̊ ſi q̄s
haberet filium vel amicū q̄ eum pro illatiſ
iniurijs vindicare vellet·talis nullo modo
admittere debet·alias reus erit. Tertio
ſic indulgere et diligere debes inimicum·
vt nec per deum velles eum lędere vel lę/
di·vel hic vel in futuro. Sed contra hoc
faciunt qui ſuper inimicos ſuos poſtu/
lant a deo vindictam· Contra quos di/
cit Greg⁹. Iubet deus vt diligat̄ inimicus

et tamen rogatur de⁹ vt occidat inimicum
Quiſquis ſic orat·ipſe ſuis p̄cibꝫ ꝯ condi/
torem pugnat·ḡ q̄n optas vindictā a deo
ſup inimicū·tunc tu dign⁹ es ꝙ tibi illa vi
dicta eueniet ex mera iuſticia dei· ḡ q̇libet
optare debet a deo ſuis inimicis veniam ꝛ
grām in p̄ſenti·et gliam in futuro. Unde
Math·v. Diligite inimicos vr̄os·et bn̄
facite his qui vos o·et ora·p pſe·et calū·
vos. Quarto tenem̄ ſic diligere inimi/
cos vt eis cōmunia ſigna charitatis exhi/
beamus q̄ et alijs homibꝫ cōmunit̄ exhibe/
m⁹ ſicut·loq̇·ſalutare·r̄ndere·ꝛ ſic d̄ alijs
A ¶ Circa h̄ q̄ritur vtꝝ ſit de neceſſitate ſa/
lutis·ꝙ q̇s ſpēalia ſigna charitat̄ inimico
exhibeat. R̄ndet̄ ḃm ſctm̄ Tho·ij·ij.q.xxv
Sicut hō in cōmuni debet diligere inimi/
cum et tenet̄·et non in ſpēali·ita ſigna ꝛ ef
fectus dilectionis q̄ in cōmuni cōſueuerūt
proximis exhiberi tenet̄ et inimicis exhibere·
puta vt cū aliq̇s orat p omnibꝫ fidelibꝫ vl̄
p toto ꝑplo vl̄ cū aliq̇s aliqd̄ bn̄ficiū īpen
dit toti cōmunitati·tūc etiā h̄ inimicis ex/
hibendū eſt de neceſſitate p̄cepti·et ꝯ h̄ fa/
cere ptinet ad liuorē vindictę. Un̄ orare
debem⁹ p inimicis cū oram⁹ p alijs·exēplo
chriſti q̇ in cruce orauit p ſuis inimic̄. Luc
xxiij. Pr̄ ignoſce illis q᷑ neſciunt q̇d faci/
unt. Nā religioſi tenent̄ in ſpēali orare p
ſuis inimicis·eo ꝙ ſunt in ſtatu pfectiōis·
Sꝫ ſęculares in cōmuni tenent̄ orare p ſu
is inimicis cū et p alijs orāt. Sꝫ ſi q̇s etiā
in ſpēali oraret p ſuis inimicis·iſta oratio
eſſet deo valde accepta·et homī multū me
ritoria. Un̄ Greḡ. Ille p̄ces ſuas multū
valere facit·q̇ eas p inimicis fūdit. Quī/
to tenemur indulgere et diligere ſic inimi/
cos·ꝙ habeam⁹ animū p̄paratū ad ſbue/
niendū ipſis in pticulari·ſi in magna ne/
ceſſitate fuerint ꝯſtituti. Uerbi grā. Ut ſi
inimic⁹ tuus erraret eūdo in p̄ceps·vel vt
ſubmergeret̄·et hmōi·debes p̄cauere illi ꝛ
eum admonere ſi potes·alias reus eſſes ſā
guinis eius. Itē etiā ſi fame piret. Unde
Amb. Paſce fame morietem·ſi nō paui/
ſti occidiſti. Salo. Si eſurierit inimic⁹ tu⁹
ciba illum·ſi ſitierit potū da illi. Scien/
dum ꝙ eſt manifeſtū ſignū bonitat̄ ꝛ grę

cū q̇s diligit illū q̇ eum odit·et bonū optat
illi·q̇ ſibi malū optat·ꝛ bene facit illi q̇ ſibi
iniuriat̄. Un̄ Aug. Illud manifeſtum ſi/
gnum bonitat̄ eſt vt tuū inimicū diligas ꝛ
ei q̇ tibi malum vult·et ſi poſſet faceret·tu
ſemp bonū velis faciaſqꝫ qd̄ poſſis. Apl's.
Nulli malū p malo reddētes ¶ Circa iā B
dicta ſciendū ꝙ aliq̇ dicunt·ego nō odio
illum h̄ ſecū in pace eſſe volo·curaboqꝫ vt
ſua facta expediat·et ſi obuiauerit mihi:
tūc p aliam viā diuertar· Hoc eſt ſignum
odij·ꝛ etiā talis ſi oporteret eū p̄terire·ocu
los inclinaret nec faueret·vt oculis ſuis eū
inſpiceret·et ſi inſpexerit eū·tūc facies eius
mutat̄ et cor ſuū mouet̄ et infrigidat̄·ſic ꝙ
vix vna die vel duobꝫ recupare pōt·ſi allo
qui vel videre oporteat eū·inſup aliq̇ non
vadūt ad domos aliquoꝝ nec loquūt̄ ſi/
bi mutuo etiā ſi neceſſitas h̄ daret vel com
moditas req̇reret ⁊c̄· Et oīa talia ſunt ſi/
gna rancor̄ et odij·j. Joh·iij. Qui nō di
ligit frem manet ī morte· Qꝛ aūt talis īdul
gentia q̄ ſolū fit ore et non corde non ſuffi
cit ad ſaluteꝫ·oñdit Haymo ſup Math.
Nihil pdeſt ore dimittere·q̇ ſeruat irā in
corde· Un̄ Chryſo·li·de cōpunctiōe cor/
dis. Si tātūmodo non lędas eū q̇ te lęſit·
auertis tū te ab eo nec libent̄ eum vides·ſi
ne dubio rancor̄ vuln⁹ eſt in pectore. Itē
ſciendū ꝙ tales indurati q̇ nolunt indul/
gere ſunt in piculoſo ſtatu·qd̄ ſic pbatur·
Primo q᷑ nulli⁹ boni in eccl'ia pticipatio
nē hn̄t·de qua dicit ps: Participē me fac
de⁹ omniū timentiū te. Et iſta pticipatio
eſt eis multū neceſſaria q᷑ forte pauca p ſe
bona faciūt ſic ꝙ hn̄ indigerēt iuuari p p/
ticipationē alioꝝ bonoꝝ ⁊c̄· O q̄ꝫ infęlix ē
q̇ pticipatione omniū miſſaꝝ·orōnū·ꝛ ele
moſynaꝝ et exercitioꝝ bonoꝝ hominū·q̄ fi
unt in tota eccl'ia ꝓpter vnā iram vel vindi
ctam vult carere vel p̄uari oībꝫ bonis q̄ fiūt
in cęlo et in terra et vbiqꝫ propt̄ inimiciti/
as q̄s gerit ꝯ primoſ. Secūdo q᷑ nulli⁹
gaudij in cęlo in futuro ptem habebunt.
Apoc·xxij. Foris canes venefici et īmundi
Sicut enī nec canes nec ſpentes cęlū ītra/
bunt·ſic nec rancoroſus ꝛ vīdicatiu⁹·ſ cū
dęmonibꝫ ꝛ dānat̄ īfernū poſſidebūt·vbi

null⁹ ordo ꝰ ſempitern⁹ horror inhabitat

C ¶ Tertio q̄ꝫdiu vni inimicaris ꝑdes oīa opa tua· Inſup amicitiā dei et vgīs Marię et omniū ſctōꝝ et angeloꝝ· Vñ ſic ſigna irę ꝓximis oſtendiſti· ſic de⁹ nūq̄ꝫ vult tui miſereri· nec tu eū lęte videbis· nec aliq̄ ſigna charitatis tibi oñdat· ꝰ ſigna irę et vindictę. Luc· vj. Eadē mēſura ꝛc. Vñ Chryſo· in li· ꝺ cōpunctiōe cordis. Nūq̄d tu ita vis ꝓpitiū tibi fieri deū vt nō q̄dē lędat· aūtat tñ ſe a te et pctōꝝ tuoꝝ memoriā teneat et vt videre te nolit. Ergo q̄lēꝫ vis erga te deū eſſe· talē te exhibere debes his q̄ delinquūt in te. Itē ſancti oñdēt irā ſic ꝙ nec vgo Maria nec aliq̄s ſctōꝝ deū ꝓ illis rācoroſis et vindicatiuis orabit· nec q̄cquā boni ipſis cōmunicari velint ꝺ gaudijs cęli. Silr̄ et angeli in ſignū irę exibūt et ſepabunt eos de medio iuſtoꝝ et mittēt eos in caminū ignis vbi erit flet⁹ et ſtridor

D dentiū. ¶ Si ſi indulges· tūc de⁹ et oēs ſancti et angeli erūt amici tui· et illā amicitiam oñdent· Primo in ꝰ ꝙ angeli ī morte veniēt et ducēt te cū honore et gaudio ī cęlū. Secūdo in ꝰ ꝙ chriſt⁹ et beata vgo maria et ſancti et angeli aīam tuā lętē ⁊ honorifice ſuſcipiēt in cęluꝫ· ſic ꝙ nūq̄ꝫ aliq̄s rex vel impator vel ali⁹ dign⁹ cū tāto honore ſuſcept⁹ eſt ab hoīb⁹ in ꝰ mūdo. Tertio in ꝰ ꝙ chriſt⁹ meritū ſuū et beata vgo et apl̄i et martyres et ꝯfeſſores cū vginib⁹ tecū cōdiuidēt. Vñ Anſel· Vnuſq̄ſq̄ꝫ intantū gaudet de alteri⁹ gaudio q̄ꝫtum de ſuo ꝓprio. Quarto ī ꝰ ꝙ chriſt⁹· beata virgo· ꝓphetę· omnes apl̄i· martyres· cōfeſſores· vgines· et omnes angeli et electi ī cęlo regratiāt̄ tibi et honorāt te· ꝓpterea ꝙ ob amorem eoꝝ indulſiſti tuis offenſoribus.

E ¶ Sed q̄ꝫtū ad tertiū notandū ē exemplū de his q̄ nolūt indulgere ſuis ꝓximis· Legit̄ ꝙ quidā nobilis habuit filiū q̄ fuit caſtus· quē et pr̄ eius multū dilexit· q̄ deo fideliter ſeruiit· ſ· orōnib⁹· ieiunijs· et elemoſynis· ⁊ limina ſctōꝝ frequētando· pauperes· viduas· orphanos et pupillos defendēdo· multa bona opa faciēdo· poſt oīa iſta ſeruitia mortu⁹ eſt· de q̄ pr̄ multū doleſ rogauit eū vt ſibi poſt mortē appareret et ei ſtatū ſuū inſinuaret· q̄ꝺ et de⁹ admiſit ī terrorē iracūdoꝝ et vindicatiuoꝝ hominū ſic ꝙ ille fili⁹ pr̄i poſt mortē apparuit dicēs Pr̄ ne ores ꝓ me· q̄ dānat⁹ ſū· et dixit ſibi ꝙ eſſet in maximis pęnis· et ſi tot eſſent linguę q̄t in cęlo ſūt ſtellę· non poſſent exprimere pęnā meā· dixit ei pr̄: Nōne fuiſti caſtus· abſtinēs nec vnq̄ꝫ aliquē hominē ſpoliaſti· nec nomen dñi blaſphemaſti· nec luſor· nec bibulus fuiſti· quō tūc dānationē meruiſti· cū tot bona opa in vita tua feciſti? Rñdit· veꝝ dicis· ego enī adhuc vgo ſū· nec aliquē hominē ſpoliaui· nec vnū denariū iniuſte recepi· nec fui luſor. nec potator· et multa bona feci orando· ieiunādo· vigilādo· et ꝑ oīa corp⁹ meū caſtigādo· ꝰ oīa iſta bona opa amiſi ꝓpter iram et vindictā quā retinui in corde meo ꝯ hos q̄ me ſemel offenderūt· q̄s ampli⁹ nūq̄ꝫ dilexi· ꝰ vbicūq̄ꝫ potui ſꝑ me in ipſis vindicaui· et ꝓpter ꝰ ſolū vitiū oīa bona opa mea ꝑdidi· et ſic ęternaliter damnatus ſuꝫ. Vnde Eccl. In tpe vindictę diſperdet te.

¶ In eadem dñica. Sermo· cxxvj. Q̄ noue genera pctōꝝ puniunt̄

Tradidit eum tortorib⁹ q̄uſq̄ꝫ redderet vniuſū debitū. Math· xviij. Sic q̄libet damnat⁹ traditur tortorib⁹· i· demonib⁹ q̄ eum in perpetuū torquebunt. ¶ Vnde F ſciendū ꝙ noue ſunt genera pctōꝝ quoꝝ vnū gen⁹ ſemꝑ ḡuius puniet̄ alio. Primi ſunt illi q̄ mala voluntate peccauerūt ſcꝫ cōſentiendo ab intra in delectationem peccati cum plena rōne. Aug· ſuper Geñ· Si ratio cōſentiat ei q̄ꝺ libido cōmouerit faciendū eſſe· et nō diſcrepat ab omni vita bona et gr̄a tanq̄ꝫ de ꝑadiſo expellit̄ hō· ⁊ iam peccatū imputat̄ ei· etiā q̄ꝫuis non cōſequat̄ factū. Sed diceres· multę cogitationes mihi incidunt: quō in illis a peccato ꝯſeruare me poſſum? Rñdetur ꝙ optimum remediū eſt nō cōſentire· ⁊ ꝰ ſtat in nr̄o arbitrio. Sꝫ ꝙ cogitationes nob̄ nō incidāt· ꝰ non eſt in nr̄o arbitrio et in nr̄a poteſtate. Vñ Bern. Demonū eſt ſuggeſtiones inſerere· ⁊ nr̄m eſt illis nō ꝯſentire